



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 19. Loci aliquot veterum scriptorum apud Nonium amendati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

patrem sodalis, & magistrum. hinc auscultabo, quam rem agant.

Loci aliquot veterum scriptorum apud Nonium emendati.

CAP. XIX.

CORPORA nostra vi animi moueri, ex se autem immobilia esse dixerat Varro, Mutuum multabant, cuius ea de re verba citantur à Nonio, sed ita deprauata, vt difficile sit eorum sententiam consequi.

leguntur autem in voce Grallatores, hoc modo: Grallatores, qui gradiuntur grallis, qua sunt pertica lignea ab homine isto qui in ista tanguntur, sicilianimi nostri sunt, gralle, crura ac pedes nostri estiarexuntot: sed ab animo mouentur.

Puto autem ita emendari posse, partim veterum librorum auctoritate, partim coniectura fretus: Quae sunt pertica lignea sine animo: sed ab homine, qui in ista tanguntur, sic illi animi nostri sunt: gralle, crura ac pedes nostri, ex se ariuntot: sed ab animo mouentur.

Alii diuinarat Iunius. Eriigitur aliorum iudicium. Ad idam & corollarium ex eodem grammatico in voce deprecor: vbi enim legitur, Ennius: Eripite oculi nunc exanimam à libertate para quibus seruitutem meam miseram deprecor: ita emendat Iunius:

Ennius: Eripite o ciues quibus Nunc arumna mea libertatem paro, Quibus seruitutem mea miseria deprecor.

Ego, Ennius Erechtheo: Quibus nunc arumna mea libertatem paro.

In ceteris Iunium sequor. In voce Obscenura: versus Lucilij ita lego:

Vos ne actutum, atque opere magno edicite Per urbem, vt omnes, qui arcem astug, accolunt.

Z 4 non,

Mureti
Lectiones
II
25

360 M. ANT. MVR. VAR. LECT. LIB. XII.
non, vt Iunius, Arpinam & Arsam: quorsus enim ne-
cesse est, pracones, quibus per urbem aliquid educe-
dum est, in Elidem & in Hispaniam mittere? Vnde
haec quam leuia & pusilla sint: sed, vt horum tempo-
rum mos est, talia multa ab alijs quoque in cenam
deferuatur.

*De Nili & Istri magnitudine non idem videri sentire Cel-
lulium & Arrianum. tum poena cuiusdam militaris
ratiq; liter, quam à Gellio, explicata.*

CAPVT XX.

TRIA maxima Europæ flumina esse Nilû, Istrum
& Rhodanum, traditum est: sed principem lo-
cum omnes tribuunt Nilo. ab eo autem secundum
Istrum facit Sallustius. At Arrianus Istrum omnium
maximum esse adfirmat his verbis: *Από τῆς μέγιστης
ταύτης ἀφινεῖται Ἀλέξανδρον ὅτι τὸ πόσιον τῆς ἰστροῦ
μῶν τῶν μὲν τῶν Ευρώπῳ πῶς μέγιστον ὄντα καὶ πλείους γῶν ἐπι-
χόμερον.* hoc igitur appingi poterit ad ea quæ de his
fluminibus tradidit Gellius capite septimo libri deci-
mi. Sed & hoc, quod dicam, adiici poterit ad id caput
eiusdem scriptoris quod proximè sequitur. Ibi enim
sanguinis missionem narrat fuisse olim inter ignomi-
nias militares: neque causam eius rei vllam à veteri-
bus proditam esse. Se igitur putare id factum, quod
minus sani viderentur omnes qui delinquerent: et
idque tali purgatione egerent. Ego autem potius id
factum puto vt sanguinem quem cum gloria frui-
dere pro patria noluerant, eum cum ignominia ami-
terent.

Ant
Varia
I

M. AN-